



Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia Catholica, Hoc Est Christianae Fidei, Qvam Ad
Salvtem Animarvm Aviti Avgvstae Domvs Saxonicae
Principes, Reges, & Imperatores coluerunt, Gloriosa
Confessio**

Cutsemius, Petrus

Coloniae Agrippinae, 1621

De Gvnthero, Episcopo Navmbvrg.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11884

tatu donatus est. Igitur doctrinâ pariter & vitâ excellens Albertus eam, qua præcessit seræ posteritati viam commonstrare poterit ad cælum. Insuper Monasterium Gozencense cum suis fratribus extruxit, priuilegijsque donauit: suam vero Bremensem Ecclesiā ad instar Beneuentanæ, viginti quatuor annorum spacio absoluit. Episcopos ordinauit viginti, quos ad conuertendas gentes Aquilonares emisit. Hamburgum fæcundam matrem gentium appellare solebat. In defuncti ipsius thesauris præter libros, & reliquias Sanctorū nihil inuētum est. Obijt Goslariæ, 21. Martij An. 1073. sepultus Bremæ.

DE FRIDERICO, EPISCOPO MONASTER.

ACEDANT huic duo alij eiusdem ferè temporis Episcopi, Fridericus, Dieterici II. Marchionis Landsbergensis, à quo Dukes Saxoniæ, Electores, & Principes hodierni familię VVitikindeæ recta descēdunt, filius, Episcopus Monasteriensis, cuius ciuitatis mænia instaurauit, & ædem S. Mauritij, ubi & sepultus est, condidit:

DE GVNTHERO, EPISCOPO NAVMBVRG.

ET alter Guntherus prædicti Friderici fratruelis, Episcopus Naumburgensis,

mor-

& sit e-e-c-a-r-e-s-m-e-l-i-s-0-r-e-i-u-n-i-z-e-f-e-i-c-i-s,
tuus in Domino Anno 1093. Qui duo in- quam Episcopi, cum viuerent, in Catholi- ca ouiculas sibi commissas pauerunt Reli- gione, quam defuncti posteris quoq; ad ani- marum suarum salutem voluerunt esse com- mendatam.

DE CONRADO MAGNO, ET FILIIS EIVS.

NOLO præterire Conradum *Magnum*, qui & *mus cognominatus* est, Thimo- nis filium, Dieterici II. supradicti nepotem. Primus iste sui stemmatis à Cæsare Lothario II Marchio Misniæ inuestitus est Ann. 1126. Effecit hoc magna illius virtus: sed quid admiranda eiusdem in sancta Catholica reli- gione pietas? vt viduus posteà inuestiretur inter fratres laicos monachus in cænobio Lauterbergiano, quod ipse absoluit, & libe- ralissimè dotauit, & in quo mortalem hanc vitam finiuit 5. Febr. An. 1156. Huius **Cōradi** Pij numerosa proles fuit, sed similiter pia; Primogenitus eius filius Otto Marchio Mis- niæ, cognomento *Dives* à fortunatis metallo- rum fodinis appellatus, ob quarū inuentionē Fribergā cōdidit, Lipsiam, & Isenburgū mu- ris cinxit. Sed quod ad propositū nostrū spe- ctat, princeps pius Cænobia fundauit duo, vnum in Thuringia, quod Portam vocant,